

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Professor. Ad Exequias, Quas ... filiolo Johanni Casparo Conradi, Parentes moestissimi Hodie ad horam 1. pomerid. paratas cupiunt; Omnes & Singulos Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770463037>

Druck    Freier  Zugang



Lemke, H.,

in J. C. Conradi.

R. 1655.

27







1b2

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**HERMANNUS Lemble/**  
J. V. D. & Cod. Prof.  
*ad*  
**EXEQUIAS,**  
Quas  
*Bellissimo ac dilectissimo filiolo*  
**JOHANNI CASPARO**  
**CONRADI,**  
Parentes mœstissimi  
*Hodiè ad horam 1. pomerid. paratas*  
*enpiant;*  
Omnes & Singulos Academiæ Cives per-  
amanter invitat.



ROSTOCHII,  
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
Anno 1655.

27

PROGRAMMA  
o  
BYETOL  
Gymnamsie  
VADIS CAPIT  
EXQUIS  
O  
TANZEN  
HÖRIGE DER PÄDAGOGISCHE  
JOHANNI CASPARI  
CONRADI  
PÄDAGOGISCHE  
HOHES DER PÄDAGOGISCHE  
OMNIA SILENTIA AGITATUR CIVIS FER  
SILENTIA TUTA



ROSTOCK  
NICOLAUS LAFAYETTE  
anno 1612



Vi infans in utero ma-  
terno ad vaticinandum sancti-  
ficatus, & puer vaticinari exor-  
sus est, *Jeremias Propheta*, ut  
Israëlitis, imò omnibus homi-  
nibus inculcaret originem ex  
qvâ oriantur, & in qvam redeant tandem; con-  
tinuâ oratione ter iteravit materiale illud ge-  
nerationis & corruptionis principium ; clami-  
tando cap. XXII, 29. TERRA, TERRA, TER-  
RA , audi Sermonem JEHOVÆ, TERRA  
scilicet sumus, qvia ex terrâ generamur: TER-  
RA , qvia in terris conversamur ; TERRA  
qvia in terram commutamur. TERRA su-  
mus per naturam : TERRA per vitæ hujus  
usuram : TERRA post sepulturam. Hic sanè  
Prophetæ clamor non in auribus saltim sonare,  
sed & in animum omnium in hac vitâ mortali,  
aut, si mavis, morte vitali degentium , penetra-  
re debebat: Sed nescio qvi strepitus alii ita ple-  
rumq; sensus mortalium obstruant, ut , qvod  
vociferantur sacra oracula , insuper ab iisdem,  
& nonnunquam etiam ludibrio habeatur, Qvic-

A 2

qvid

qvid unquam reliqvarum operarum est , in eo  
laborant ac desudant homines : circa qvæ occu-  
pari omnium maximè oportebat , negligunt .  
Nihil in hoc mundo reperitur aut ita ludicrum ,  
qvod non excludat , aut ita arduum , qvod non  
expellat ex hominum memoriâ clangorem .  
istius cælestis tympani . Ita non tantum in æta-  
te est brevitas , sed & in vitâ pravitas : semperq;  
totus in eo est Serpens ille antiquus , & Princeps  
tenebrarum , ut , qvemadmodum olim Ammo-  
nitarum Rex *Nahas* Israëlitis dextrum oculum  
cruere satagebat ; sic nobis iste fidei aciem , qvam  
cum dextro oculo Scriptura contulit , obtundat ,  
ne penetrare ad sacram fragilitatis nostræ con-  
siderationem , & adspicere salutis auroram pos-  
sit . Nihilominus tamen à mortalibus audiri  
vult VATIS sui vocem æternus Deus , ac iden-  
tidem ( Senecæ verba cito ) argumento aliquo re-  
centi admonet fragilitatis suæ oblitos , Et aeterna me-  
ditantes respicere cogit ad mortem ; si forte excitare  
nos à securatis veterno possit , antequam mors vitam ,  
Et vita somnia discutiat . Hinc nullus labitur  
annus , nullus præterit mensis ; imò dies penè  
nullus abit , qvi non TERRAM & pulverem  
nos esse admoneat , & mortem non tantum Se-  
num naturalem , virorum juvenumq; immatu-  
ram ,

ram , sed & infantum & puellorum acerbae  
ostendat. Hoc est profecto , qvod Apostolum  
permovit , ut hominem Rom. IX. 12. VASIS  
TERREIS seu futilibus compararet , qvæ ad le-  
vissimam qvamq; percussionem statim confrin-  
gantur. Neq; verò eadē est hominum in legi-  
bus *Quiritum* civilibus , & jure mortis natu-  
rali conditio: Illic enim plerumq; meliore loco  
sunt ingenui servis ; milites paganis ; impube-  
res adultis : isthīc verò idem omnium est status,  
æq;valis ratio , parilis , eaq; *terrena* , conditio: nec  
refert togatus , an prætextatus sis : ætate flo-  
reas , an marceas. Non longè abibimus. Exem-  
plum enim terrenæ hujus sive conditionis , sive  
fragilitatis , & brerioris in mortalitate hac vitæ  
in tenello corpusculo puelli mellitissimi , JO-  
HAN-CASPARI CONRADI , hodiè no-  
bis proponitur ; qvi 10. Julij anni superioris 1654.  
natus , & salutari lavacro regenitus , hoc ipso an-  
no , 16. Maij discessit , extremum vitæ diem con-  
ficiens eâ ipsâ ætatuâ , qvæ à sepulchro longis-  
simè credebatur abesse. Documento monstrat ,  
ipsam *χρυσην* nostram , *ξυδον* confessim subseqvi:  
id qvod tacite etiam philosophatum esse MO-  
SEN illum *θεοφιλέσανν* primis librorum suorum  
inscriptiōibus , *Gregorio Nysseno* relatum est.

Cæterum patrem puer elegantissimus habuie.  
Virum Clariſſimum & Consultiſſimum DN. DA-  
NIEL EM. CONRADI, J. U. D. & Advo-  
catum apud nos eximium, Amicum & fauto-  
rem nostrum singularem: Matrem , lectis-  
simam omniq; virtutum genere ornatissimam,  
CATHARINAM Barchleyen. Avus pa-  
ternus fuit Vir Reverendus & Clarissimus Dn.  
M. HECTOR CONRADI , Ultzensis,  
in Ducatu Lünæburgensi, Præpositus quondam  
meritissimus. Avia paterna , LUCIA DO-  
ROTHEA Fischers. Avus maternus extitit  
Dn. PETRUS Barchley / primarius Urbis  
nostræ civis atq; institutor; summæ vir. familiæ;  
quippe Baronum è Scottiâ sanguine natus. Avia-  
materna honestissima & optima matrona En-  
gel von Böhrlen/ quæ tenerrimo Nepoti, suo ad  
plures discessu, viam non ita pridem præivit.  
Proavus paternus fuit Vir Reverendus & doctiſſi-  
mus Dn. ANDREAS CONRADI , VVin-  
ſenſium, in dicto Lünæburgensi Ducatu, Pastor  
fidelissimus. Proavia paterna, BARBARA  
Unzelmans. Proavus & Proavia Materni Ba-  
ronibus Scoticis, utiè superioribus colligere est,  
originem debent. Ulterius prosapiam deduce-  
re haud attinet; & nec ferè moris etiam est. Sal-  
tim è paternâ linea sese adhuc sistit pl. Reveren-  
dus

dus & Clarissimus DN. M. J A C O B U S FISCHERUS, Primarius quondam Theologus, & Cellensium Superintendens gravissimus; Vir in tantum laudandus, in quantum virtus atq; eruditio intelligi unquam possunt. Qui & ipse igitur adeò hoc loco memorari merebatur, ut grande nefas commisisse videremur, si præteriissemus. His ortum Majoribus puerulum, qui supra ætatem festivæ ac eximiæ indolis, parentum spes, ornamentum & oblectamentum erat, mors improvida ex vitâ hac, quæ cum ploratu inchoatur, cum luctu agitur, cum gemitu dimittitur, abripuit. Amasis quondam ad nonneminem filio orbatum dixisse fertur: *Si non luxisti cùm ille nondum esset in mundo, ne nunc quidem lugebis, postquam in mundo esse desit.* Et Merope seipsam solabatur, inquiens: *Non sola sum mortalium, cui liberi perierunt.* Mihi verò verbis Chrysostomi, maximi inter Græcos olim Theologi & Oratoris, mæstos afflictosq; parentes affari lubido est: *Numquid amisistis puerum? numquid filium perdidistis? imò verò acquisivistis?* *E* firmius obtinistis: non enim parentum appellationem perdidistis, sed ut amplius etiam vocemini, accepti estis, q; via non filii mortalis parentes deinceps vocabimini: nec ideo, quia vobis non adest, perdidisse vos illum existimare debetis: neq; enim, si peregre abyssum à vobis, etiam quoad

quoad nomen familie, una cum corpore separatus esset.  
Habuistis filium, tanquam, D E O reposcente, di-  
missuri; dimisisti, tanquam, D E O restituente, re-  
cepturi. Non ille est puerus ille, qui jacet, sed ille  
qui ad cœlos evolavit, cur lugit, contendit. Si igi-  
tur oculos videatis depresso, os contractum, corpusq;  
immobile, ne ita cogitetis: istud quidem os non am-  
plius loquetur, oculi isti jam non videbunt, nec amplius  
pedes isti ambulabunt: sed os quidem istud melius lo-  
quetur; majora videbunt oculi; pedes supra nubes ele-  
vabuntur; Corpus hoc, quod corruptitur, induit  
immortalitatem, majori q; cum magnificentia filio-  
lum vestrum recipietis. Nostræ autem humani-  
tatis ac benivolentiæ fuerit, Cives Academicæ,  
ut in funere frequentes compareamus, præsen-  
tiâ id ipsum nostrâ honestemus; ~~ovum~~ amicâ  
parentibus dolorem minuamus, & aliquam-  
ejus partem in nos transferamus. Quo quidem  
nomine, ut, quotquot jurisdictionis sunt  
nostræ, hodie circa I. pomerid. in templo Jaco-  
bæo convenienter, funeri operam dent, mortalita-  
ris ipsi etiam suæ reminiscantur, Deoq; ter-  
opt. max. statum utriusq; apud nos Reipub. ac  
totius provinciæ ardentibus votis commendent,  
impensè officiosèq; contendو. P. P. sub

Sigillo Rectoratus; die 18. Maij

Anno 1655.

• 5(0) •









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn770463037/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770463037/phys_0016)

DFG

dus & Clarissimus DN. M. J A  
S C H E R U S, Primarius quonda  
& Cellensium Superintendens grav  
tantum laudandus, in quantum  
ditio intelligi unquam possunt. Q  
adeò hoc loco memorari mereba  
nefas commisisse videremur, si p  
His ortum Majoribus puerulum,  
tem festivæ ac eximiæ indolis, p  
ornamentum & oblectamentum  
provida ex vitâ hac, quæ cum pl  
tur, cum luctu agitur, cum gem  
abripuit. *Amaſis* quondam ad n  
filio orbatum dixisse fertur: *Si no*  
*ille nondum eſſet in mundo, ne nunc*  
*poſtquam in mundo eſſe deſiit.* Et *N*  
solabatur, inquiens: *Non ſola ſu*  
*cui liberi perierunt. Mihi verò verb*  
*maximi inter Græcos olim Theol*  
*oris, mæſtos afflitosq; parentes aſ*  
*Numquid amififtis puellum? numq*  
*didiftis? imò verò acqviſiſtis?* *E*  
*iftis: non enim parentum appellation*  
*ſed ut amplius etiam vocemini, adepti*  
*filiū mortalis parentes deinceps vocabi*  
*quia vobis non adest, perdiſiſe vos il*  
*debetis: neq; enim, ſi peregrē abyſſet*



S FI-  
ogus,  
fir in  
eru-  
gitur  
nde  
mus.  
æta-  
ſpes,  
ſim-  
hoa-  
itetur,  
em-  
im-  
ebis,  
ſam-  
m-,  
omi,  
ato-  
eſt:  
per-  
inn-  
iſtis,  
non  
decō,  
pare  
m-  
oad